UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis duodecim infantulis martyribus. Cap[itulum]. ccxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

die altero ita illeſus inuentus eſt: vt nec caro
eius: nec extrema veſtimenta vllo modo crema
rentur. hec Grego. iij. dialo. cap. xviij.

¶ De ſancto Serapione abbate. Cap. ccxvij.

Serapion abbas vt
in octauo libro hyſtorie triparti⸗
te: ⁊ in vitis patrum habet: fuit
in regione arſenoite pater decē
milium monachoꝝ: de labore ma
nuum victum querentiū quotidianū. Tempore
autē meſſis omnes ad metendū precio condu⸗
cebātur: ⁊ quicquid acquirere potuiſſent indi⸗
gentibus regionis et alexandrie carceratis ac
peregrinis in eoꝝ neceſſitatibus expendebāt.
Hic tēpore iuuētutis exiſtens monachus: poſt
menſam cōmunem panē furabatur: quam ſero
latenter comedebat. Tandē ad coꝛ rediens: ab
bati peccatum confeſſus eſt: moxq; ex ore eius
quaſi flamma ignis egreſſa fetorem ſulphureū
exhalauit. Hic ſola vnica ſyndone amictus: pa
ne tantum pro cibo ⁊ aque potu contētus: nihil
aliud quotidie ſumebat. ¶ Cum aūt ſemel ami
ctum ſuum pauperi tribuiſſet: ⁊ alteri nudo ob
uians tunicā dediſſet euangeliūq; tenens nu⸗
dus ſederet. Interrogatus quis eum expoli⸗
aſſet: reſpondit: ꝙ euangelium quod tenebat.
Alias inſuper pauperem tertium videns euan
gelium ipm vendidit: ⁊ pauperi precium dedit:
dicens ꝙ euangelium omnia precipit vendi: et
pauperibus dari. Seipm ergo euangelium vē
di mandat. ¶ Alio tempore exiſtens in quodā
oppido paganorum: ſeipm eis vendidit: quos
poſtꝗ̄ verbo et exemplo conuerterat: reddito
precio ab eis receſſit. Hoc idem fecit in lacede⸗
monia apud athenas: ſeipm vendens vni pri⸗
mario ciuitatis: vt ipſum conuerteret: quod et
fecit. Dormiuitq; in pace duodecimo kalēdas
aprilis alexandrie tumulatus.

¶ De ſctō aphrodiſio epō ⁊ cōfeſ. Cap. ccxviij.

Aphrodiſius genere
egyptius prefectus totiꝯ egypti
erat tempore quo puero ieſu egy
ptum fugato: ⁊ in tēplo deorum
delato idola omnia corruerunt.
Quod cū aphrodiſius tunc prefectus audiſſet
ad phanū in quo ſimulachra euerſa fuerant ac⸗
ceſſit: ⁊ viſo puero ieſu eū adorauit: ipmq; vna
cū parentibus a furore pontificum idoloꝝ eos
in deoꝝ ſuorum vltionem occidere volentiū vi
riliter defenſauit. Et extunc in xpm quaſi per
ſomniū credidit. Sed poſt aſcenſionē domini
cum predicatio euangelij ad egyptum perue⸗
niſſet: prefecturam deſerens antiochiam venit:
⁊ ibi baptizatus atq; beati petri diſcipulus fa⸗
ctus eſt. Cū quo poſtmodū romā iuit. A quo et
directus eſt ad gallias predicādas. Qui etiam
ibidem ſancto paulo ſergio epō narboneñ. ſe
aſſociauit. A quo ordinatus bituricenſis epus
ad ipam ciuitatē deuenit: vbi multo tpe officio
ꝑdicatiōis inſiſtēs ⁊ miraculoꝝ glīa refulgēs:
oēm pplm eiuſdē vrbis xpi noī ſubiugauit. Et
ꝟtutibꝯ ac etate maturꝯ in dn̄o ꝗeuit. xi. kal. ap
lis. Et ſepultꝯ eſt in eccl'ia ſua ſignis clareſcēs.

¶ De ſctō Uictoriano martyre. Cap. ccxix.

Victorianus adru⸗
mētine ciuitatis nobilis: vt di⸗
cit aphricanꝯ: a quodā ꝓcōſule
carthaginis q̄ nullꝯ in ꝑſecutio
ne eccl'ie durioꝛ fuit: dū idolis
īmolare cogeret: ⁊ oīno renue⸗
ret. ꝑmo rebꝯ ſpoliatꝯ: deinde tātis tormētoꝝ
generibꝯ cruciatꝯ: quātꝯ hūanus ſmo nō pote⸗
rit explicare: feliciter tripudians martyriū in
eadē vrbe ɔſumauit. x. kal. aplis. ħ aphricanꝯ.

¶ De ſanctis Frumentio ⁊ alio frumētio
martyribus. Cap. ccxx.

Germani duo quoꝝ
vterq; frumētius vocabat aquiſ⸗
grañ. in ciuitate oriūdi apud ra
badeñ. oppidū paſſi ſunt. Qui ſi⸗
biīnuicē iurauerūt tortores roga
re: vt ſemꝑ pari ſupplicio torquerentur. Tenti
igitur a paganis cū die integro pēderēt ſuſpē
ſi molis in pedibus alligatis: vnus eoꝝ ſe depo
ni petijt: ⁊ inducias ſibi dari. Sed ab altero cō
fortatus: ⁊ penitens tortores rogabat: vt lapi⸗
des maiores adijcerēt. Deinde ambo laminis
ignitis eſtuati: ⁊ poſt hec vngulis exarati: mul
tis quoq; cruciatibus vexati: ab ipſis tortoribꝯ
tedio derelicti: et a facie eoꝝ proiecti ſpiritum
dn̄o reddiderunt. x. kalen. aprilis.

¶ De ſanctis duodecim infantulis
martyribus. Cap. ccxxi.

Duodeci in
fantuli apō aphri
cā ſub ꝑſecutione
vādalica paſſi ſūt.
Qui ab arrianis de nūero con
feſſoꝝ xpi ſegregati: nō ſpū:
ſed corꝑe: ſuggerēte q̄dā teu
chario heretico: qꝛ ipos noue
rat ad cātilenā vocales ac ſtre
nuos: carthaginē deducti ſūt:
vbi primo: qꝛ puerulī blādicijs ſuaſi: dū arria⸗
ne fidei conſentire nollent: duriſſimis verberi⸗
bus tādiu ceſi ſunt: quouſq; ſpiritū emiſerunt:
ibidemq; quaſi in numero apoſtoloruꝫ ſepulti.
Quoruꝫ exēplo duo negociatores quoꝝ vterq;
frumētius dictus eſt: ⁊ quinq; eiuſdē monaſte⸗
rij fratres: ſcꝫ liberatus abbas: bonifacius dia
conus: ruſticus ſubdiaconus: rogatus: ⁊ maxi⸗
mus monachi pro fide catholica martyriū ptu
lerunt. Qui paſſi ſunt. x. kalen. aprilis.